

Spätere Notiz über eine Stellungnahme des NvK zu der ihm vorgetragenen Frage, ob Epileptiker durch Brennung mit einem Beryll behandelt werden dürfen und in welcher Weise dies zu geschehen habe.

Or. oder Kopie (Anfang 16. Jh.): MÜNCHEN, StB, Clm 1005 f. 125<sup>v</sup>; Clm 19741 f. 63<sup>v</sup>-64<sup>v</sup>. Zu den Hss. s. Angerer, Bräuche 77-80, 271 und oben Nr. 2616.

Druck: Angerer, Bräuche 293f.; Redlich, Tegernsee 95 (Auszug).

Erw.: Lhotsky, Thomas Ebendorfer 90; Hubalek, Aus dem Briefwechsel 213f.; Redlich, Tegernsee 95.

De lapide epilepticorum et eiusdem usu.

Quia circa uestionem epilepticorum in hoc loco cum lapide berillo a retroactis temporibus practicatum quibusdam dubium vehemens et scrupulus inerat, si licita foret, super quo et sepius doctores tam theologi quam physici, sed et alii sapientes et litterati consulti inter se et in suis responsis diversi fuere, quapropter ad tempus huiusmodi fuit practica suspensa necnon penitus intermissa. Verum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo reverendissimus in Christo pater dominus Nicolaus tituli sancti Petri ad vincula cardinalis et apostolice sedis legatus, vir in omni arte et sciencia eruditissimus in presenti per triduum loco personaliter constitutus desuper interrogatus et consultus respondit, quod ustio iam dicta foret omnino licita et sine consciencie scrupulo fieri posset et deberet cuilibet 10 patienti, docens nichilominus et physicis et naturalibus ad talismodi uestionem cum lapide prenominato curacionis effectum naturaliter consequi. Insuper et merita sanctorum iuxta devocionem fidelium et fidem devotorum naturarum effectui patrocinari dubium vel indecens non esse. Suasit denique, ne ad cuiuslibet errantis consciencie dictamen, si aliud nichil obstiterit, unus pretactus obmitteretur. Verum ne ritus huiusmodi fratribus fiat onerosus aut vite regulari utrumque preiudicialis, non a fratribus neque 15 intra loca conventualia, sed alibi oportunis loco et tempore necnon a personis, quibus hoc congruit, fieri debebit. Preterea sunt informandi patientes, quod huius ustio ignis nichil divinum aut miraculosum in se contineat nec curacionem inde sequentem novo dei aut sancti miraculo attribuant, sed lapidis virtus naturalis exponatur eisdem. Nichilominus deum et sanctos in suis operibus glorificent et laudent, qui opere nature mediante vel prout volunt egrotos possunt salvare. Sunt eciam qui sanantur exhortandi ad 20 gratitudinem reddendam deo et sancto Quirino et ad aliquot Pater noster quottidie vel certis diebus dicendum. Similiter et qui minime sanatur, quatenus deo et sancto permaneant devoti ac in puritate vite deserviant spe bona misericordiam prestolantes hic in futuro.

Anno domini millesimo quingentesimo die Assumpcionis Marie, quando dominus Hainricus abbas modernus<sup>1)</sup> fuit confirmatus in Frisinga, dominus egregius et reverendus in Christo pater pro tunc 25 vicarius generalis ecclesie predicte Frisingensis dictus dominus doctor Iohannes Schenne<sup>2)</sup> in presencia predicti nostri abbatis necnon sui prioris Augustini atque fratris Crisogoni publice permisit atque approbavit usum cristalli seu berilli pro cura infirmorum caducum morbum paciencium, dicens esse licitum et naturalem dummodo fiat, prout determinantur immediate supra in responsione domini cardinalis de Cusa.<sup>3)</sup>

4 in: *fehlt Clm 19741*. 27 caducum: *caduca Clm 19741*.

<sup>1)</sup> Heinrich Kintzner, Abt von Tegernsee (1500-1512 und nochmals 1528-1548).

<sup>2)</sup> Johann Schenk, Generalvikar von Freising; s. Lhotsky, Thomas Ebendorfer 90.

<sup>3)</sup> Vgl. ein ähnliches Gutachten super adustione epilepticorum ab igne berillorum ex radiis solis generatio von Thomas Ebendorfer in MELK, StB, Cod. 1605 f. 56<sup>v</sup>. Inc.: Nedum propter predicta motiva; dazu Lhotsky, Thomas Ebendorfer 90.